



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

17. An Cardinales, qui Episcopo non sunt, habeant ius præsentiae, & iudicij
in Conciliis Generalibus? Et an Cardinales in Concilio præferendi sint
Patriarchis, & Episcopis? Ex part. 5. tract. 2. ...
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](#)

382 Tract. VII. De Potestate, & Priuilegiis

R E S O L . X V I .

An Cardinales aliquando possint convocare Concilium? Et notatur, quod non propterea huiusmodi Concilia imperfecta habenda sint tanquam Conventicula? &c.
Ex part. 5. tract. 2. Ref. 62.

S. 1. *A*ffirmativam sententiam docet Mansfieldus de Cardinalibus, part. 1. cap. 13. Didacus ab Alava Episcopus Abulensis de Conciliis, part. 2. cap. 2. n. 4. qui ponit casum, in quib. Cardinales possint Concilium congregare. Idem etiam docet Cœchus in inst. Canon. lib. 2. tit. 4. num. 45. & tit. 3. num. 13. Iacobatius lib. 1. de Concil. à num. 1. usque ad 48. cum Albano de Cardin. quæst. 42. privileg. 4. vbi sic ait: *Orto schismate, vel alio calu eveniente, in quo Concilium convocari debeat, si Papa in eo congregando negligens comperiat, tunc ista convocandi Concilij facultas ad Cardinales pertinet, ut pote ad maiores universitatis, iuxta l. i. cum ibi notatis, ff. de alb. scrib. ipsi enim ceteris omnibus dicuntur esse maiores, & post Sunnum Pastorem supra dignitate funguntur.* Ita ille, qui citat Ioannem Andream, Imolan, Romanum, Abbatem, & Decum.

2. Verum uili placet ad hoc dubium respondere cum doctissimo Antonio Perez, insigni Thologo Salmanticensi, ex Ordine D. Benedicti in *Pentatecho fidei, tract. de Conciliis, cap. 8.* Dico igitur aliud esse loqui de Concil. generalib. prout sic abstrahendo ab illegitimis, & legitimis, perfectis & imperfectis, aliud vero de legitimis, & perfectis. Quibus præmissis respondendum est, quod si loquamus de Conciliis primo modo sumptis, certum est posse alios à Pontifice recte, & riūe Concilium congregare; secus verò si loquamus de illis in secundo sensu. Priorem partem huius decisionis probo, quia extrema necessitas maxime totius communictatis potior est omni positivo iure. Secundam verò partem probo ex eo, quod Concilij generalis legitimatio est propriæ Summi Pontificis etiam in casu, quo de Pontificis incapacitate in Concilio ipso agendum est, ut patet ex r. *Concilia, d/p. 17.* Ibi enim refertur quod cum Symmachus Papa dissimilatus esset de quibusdam criminibus, & Theodosius Rex Romani veniens Concilium congregaret, ut examinarentur ea, qua Pontifici objiciebantur, tunc Episcopi ad Conciliū vocati, postquam in uno congregati fuite surgentes exclamauit, opus esse autoritate ipsius Symmachi iudicandi ad hoc, ut ille Cōventus Synodus fieret, hoc est, legitimus & perfectus.

3. Est tamen notandum quod non propterea huiusmodi Concilia imperfecta habenda sint tanquam conventicula, quia licet sint imperfecta, eo quod carent prærogatis & privilegiis; quibus gaudent Concilia legitima ad certū & infallibiliter definiendas res fidei, & ad alia huiusmodi, de quibus Pighius. Ipsi tamen ratione sui munieris, & instituti Conventus venerabiles sunt, ut pote iure congregati ad subveniendum extrema necessitatē Ecclesiæ, circa quam est authoritas defendendi seipsum, & providendi sibi de capite. Vnde quamvis sine illo non possit statuere de multis, potest sibi providere & eligere caput, cum quo de illis statuat; & hæc omnia docet ubi *sprā Perez*, qui citat Caetanum & Bellarmimum. Igitur possunt Cardinales Concilium congregare in sensu explicato à Perez loco citat, vide etiam Ioannem Wiget in 2.2. D. Thomas, quæst. 1. art. 10. dub. 1. num. 38.

R E S O L . X V I I .

An Cardinales, qui Episcopi non sunt, habeant ius præ-

sentia, & iudicij in Conciliis Generalibus?
Et an Cardinales in Concilio preferendi sint Patriarchis, & Episcopis? Ex part. 5. tract. 2. Ref.

S. 1. *V*ideretur negativè respondendum, quia Cardinales tantum sunt prefecti illis Ecclesiis tuis in his singularibus, quarum titulis insigniuntur; sed hoc non sufficit ad tale ius, ut patet in Parochis & Archidiaconis: ergo. Addo quod Cardinales si non sunt Episcopi, nullam habent iurisdictionem.

2. Verum novissimum ex communi Doctorum sententia affirmativam sententiam docet Didacus ab Alava de Conciliis part. 1. cap. 6. num. 2. fol. 33. Malerus in 2.2. D. Thom. quæst. 1. art. 10. dub. 4. §. 4. Duallius de potest. Rom. Pont. part. 4. quæst. 3. Suarez de fide disp. 11. fol. 1. num. 17. & Perez, ornamentum Benedictinæ familie, in *Pentatecho fidei tract. 3. de Conciliis dub. 3. cap. 8. num. 8.* Primo quoniam Cardinales tanquam Senatores & Consules atque Virbis Patrij habentur, & euigantur. Secundò quia habent iurisdictionem Episcopalem in suis titulis. Tertiò, quia ut Turrecremata ostendit, non minus quam Episcopi Apostolorum loco succedunt, quia sicut Apostoli adfisterunt Christo, adeò ut illis dixerit: *Vos etis qui permanistis mecum in temptationibus meis; ita Cardinales afflstant Summo Ecclesiæ Pontifici in omnibus Ecclesiæ arduis. Quartò, quia afflstant illi tanquam particulares Aflffentes, Consiliarij, atque cooperatores, iuxta verba Bonifacij VIII. Quintò, quia sunt pars corporis Papæ, & specialia membra illius, & partes, Papatus causa. Sextò, quia, ut dicit Hosienensis, & Ioannes Andreas, maior est coniunctio, inquit, identitatis viuio inter Cardinales & Papam, quam inter se ipsum, & universos alios etiam Episco-*

pos.
3. Restat modò respondere ad argumentum contrarium. Dico igitur authoritatem Cardinalium non veri, sed solū Ecclesiam Titularem, vel unam Diocesim, sed quod est & universam Ecclesiam respicere, ut benè probat Lotherius de Benef. tom. 1. lib. 1. quæst. 8. num. 49; & ratio est, quia habent consulete non solū Romanae, sed etiam universali Ecclesiæ. Propter quod aptantur Cardinalibus illa verba: *Domini enim sunt cardines terra, & posuit super eos Orben;* Cardinalis enim eo dicti sunt, quia sicut ostium intra cardines vertitur, ita Ecclesiæ regimen Consiliis Cardinalium, & teputantur ut Dei munere introducti in Ecclesia, ut portent onera eius, tanquam Summi Pontificis robustissima membra. Item aptati solet illud: *Pro patribus tuis nati sunt tibi filii* (id est, Cardinales, propter Apostolos) constitutes eos Principes super omnem terram, de quibus Turrecremata, qui etiam adducit ad idem testimonium D. Bernard, qui de Cardinalibus loquens ad Eugenium III. inquit: *Hi quoque qui tibi afflstant seniores populi Orbis iudices.* Propter quod Cardinales non solū vocem habent de cives, ut Episcopi, sed præferuntur Episcopis, ut videri potest apud Concilium Lateranense, ibi enim ante Episcopos subscrivuntur Cardinales.

4. Notandum est tamen hic contra Garciam de nobilitate gloss. 48. §. 2. num. 54. *Cardinales in Concilio præferendos esse Patriarchis, ex rationibus, quas adducit Eugenius IV. in epist. superius posita.*

R E S O L . X V I I I .

An Cardinales possint sine scrupulo racere, quando in Consistorio aliquid non bene determinatur?
Et quid, quando maior pars Collegij contrarium approbat?

Superius
Ref. 4. b.
genus